Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Contraria Omelia b. Ambrosii et l.
sunt sibi ista animalia ut alia
ab aliis devorentur. Quia bonus
pastor lupos gregi suo timere non
voluit. Ideoque isti discipuli non in
predam sed ad gratiam diriguntur. Sollici
tudo enim pastoris boni efficiat, ut
lupi magnos audere nichil possint.
lupi quid significare videantur de
bemus advertere. Bestie nempe sunt
que insidiantur ovilibus circa pas
torales versantur casas habita
cula domorum intrare non audent
sompnum canum absentiam aut desidia
pastoris explorant, ovium gut
ture invadunt aut cito sese stran
gulant feri rapaces. Item na
tura corporis rigidiores ut se facile
non possint inflectere impetu quod
suo feruntur, et ideo sepe luduntur.
Tunc preterea siquidem priores ho
minem viderint vocem eius quadam
nature inferunt eripere, si autem
homo sub eos viderit exagita
ri memorantur. Et ideo in tanen
dum est est ne si in hodierno tr
actatu spiritualium misteriorum
gratia non potuit refulgere, lupi
me prius vidisse credantur et solite
ne vocis extorsisse suffragium
nomine lupis istis hereticos sunt
comparandi qui insidiantur ovilibus
Christi. Fremunt circa caulas, noc
turno magis tempore quam diurno.
Semper enim perfidis nox est qui
lucem Christi suis nebulis inter
pretationis obducere, et quantum in
ipsis est fuscare conantur. Non
sunt ergo circa caulas stabula
vero Christi intrare non audent, et
ideo non sanantur, quia in stabulum
suum non tollit eos Christus medicus,
in quo curatus est ille, qui de

ierusalem descendens incidit in
latrones, quem vulneribus alligatis
infuso oleo et vino imponens in
iumentum suum samaritanus ille,
duxit in stabulum, et sanandum sta
bulario dereliquit, non accipiunt
ergo medicinam, qui medicum
non requirunt. Si enim requirerent
non derogarent. Explorant pasto
ris absentiam. Et ideo pastores
ecclesiarum vel necare vel in exilium
agere contendunt, quia presentibus
pastoribus oves Christi incursare non
possunt. Spoliare ergo gregem domini
raptores conantur qui corporea
quadam mentis intentione duri ac
rigidi nequaquam a suo errore de
flectere. Et ideo apostolus ait hereticum
hominem post unam correptionem devi
ta, sciens quia subversus est qui
eiusmodi est, hos scripture verus
interpres Christus illudit et manes
suos in vanum effundat impetus,
et nocere non possint. Qui siquidem
versuta disputatione circumscriptionis sue
prevenerint, faciunt obmutescere, cu
bus est enim qui verbum dei non eadem
qua est gloria confitetur. Cave
ergo ne tibi vocem tollat hereticus
si prior eum non tu ipse deprehenderis
Serpit enim dum latet eius perfidia
Si autem commenta impietatis eius ag
noveris, iacturam pie vocis timere
non poteris. Cave ergo versute dis
putationis venena eciam perfecti
guttur invadunt, vitalibus vulnus
affligunt. Graves sunt morsus
hereticorum, qui ipsis gravioribus et
gravioris rapacioris bestiis nullum
avaricie finem impietatis quia
noverunt. Nec nos moveat qui
forma pretendere videntur humana.
Et si foris homo cernitur intus